



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

Persecutio in Christum excitata

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

GRAVES POENAE EORVM QVI
Persecutionem in Christum
excitauerunt.

IN quas calamitates Herodes Ascalonita,
Ivir alioqui felicissimus, diuina ultione
incidit ob persecutionem in Christum exci-
tatam, & immanem eius sauitiam quam in
infantes Bethlehemiticos, exercuit? Quo pa-
cto nulla ne minima quidam dilatione inter-
posita diuina ultio illum dum adhuc in vita
manebat exagitaui, & quasi proemia re-
rum ei post discessum e vita obuenturarum
euidenter ostendit? Qua ratione prosperum
& florentem regni sui statum, quo se tum
frui putabat, domesticis calamitatibus, qua-
rum alia ex alijs ortæ sunt, ipse obscura-
uit, dum vxorem & liberos, dumque reli-
quos, quibuscum propter propinquitatem
generis & amoris coniunctionem maxima
ei intercessit necessitudo, nefaria cæde affi-
ceret?

I.
Quæ mer-
ces crudele
Herodis fas-
cinus con-
tra Chri-
stum &
pueros eius
æquales ad-
missum se-
cuta sit.

Euseb. lib.
1. hist. ca. 8.

De portentoso & insanabili eius morbo
deque eiusdem interitu miserando prolixè
agit Iosephus (lib. 17. ca. 8. 9. 10.): Lento, ait,
calore torrebatur qui non tam extremo ta-
ctu deprehenderetur quam intus popula-
retur viscera, aderat & vehemens voraci-
tas cui necesse esset continuo cibos suggere-
re, simulque vexabatur intestinorum ex-
ulceratione & colicis passionibus: pedes

Plagæ He-
rodi ob in-
fantici di-
uinitus in-
flicte

In singulis
istis infan-
tibus vide-
tur Christi
occisus.

Y 4 tunc.

tumebant phlegmate humido & pellucidum
similiterq; inguina: ipsa quoque verenda
trefacta scatebant vermiculis, accedente
da nec minus molesta lentigine, non sine
tore grauissimo: super hæc omnia nervorum
contractione laborabat, & difficultate
litus. Et; atra bile prægrauante eo immo
tis prolapsus est vt facinus animo concipere
longè atrocissimum, Nam cum è tota civitate
nobiliores Iudæorum ad eum conuenerunt
euocati minaci edicto pœnam capitis im
tante non parentibus, infensus ex aquo
fontibus siue innoxijs, vniuersos concludit
circo: accita deinde Salome sorore mariti
eius Alexa, ait instare sibi terminum virgini
cumbenti tantis doloribus, quod quidem
rendum esse, quando iuxta communem
tatum sortem accidat. illud permolestum
se, si carendum sit extremo honore luctum
debeatur Regibus: nõ enim ignotã sibi
rũ mentem esse q̃ optatam suam mortem
accepturi sit animis, quandoquidẽ velã
tis non abstinuissent cõtumelia; sed illud
esse officij leuamẽ aliquod presentis huius
loris decernere: nam si assensum confis
præbeant fore funus longè quàm aliorũ
honoratius, & manibus suis gratius omni
per totam ditionem non fictè lugentibus
go quamprimum viderint se exhalasse
mã debere eos clausam circo nobilitum
titudinem cingere militibus, ignorant

etiamnum suum obitum non prius vulgandum quam mandatum executi sint: iubere deinde vt circumactos vna omnes iaculis confingerent. Quibus hoc modo cæsis duplicem se eis habiturum gratiam, vel quod mandatorum fuerint memores, vel quod obitum suum publico luctu honorauerint. Hæc ille cum lacrymis lamentundus cognatos permutuam fidem & benevolentiam perq; omnia sacra obtestabatur, ne se extremo hoc honore fraudatum vellent, eis contra pollicentibus daturus se operam vt cuncta iuxta eius mandatum fierent. Post malum simul & cultellum poposcit, ferire seipsum cupiens, perpetrassetq; facinus ni Achiabus nepos ictum præueniens clamore sublato cohibuisset eius dextram. Quinta die postquam Antipatrum filium occidit, vita functus est, &c.

Legentes Iosephum (c. 7. antiq. ca. 14.) admiremur oportet ludibria & damna quæ coactus est subire populus Iudæorum postquam verum legitimumq; à Deo promissum ac datum Regem, Christum ipsum, recipere ac venerari contempsit, quo semel ipse & in fugam adacto non vnum solum Herodem sed complures compulsus est pati tyrannos, nec fuit ipsi amplius à vexatione quies aliqua donec à Romanis funditus deletus est.

Cum Herodes Agrippa Rex Iudæorum Roma recedens tenderet in Iudæam & nauiprimum delatus esset Alexandriam, erat ibi

Y 5 qui-

Augustus:
melius est
Herodis esse
se porcum
quam filiū.
Macrob.
li. 2. Satur.
ca. 4.

2.

Incipit Deus gladium ire sue exercere in Iudæos ob contemptum Christi, & gentibus ad salutem per baptismum aditum referare.

3.

Pro B. for
tasse et ro
librariorū
K est scri.
ptum.

quidam insanus (ait Philo in Flacco, dicitur
iurias à Flacco præfide Alexandrino Iude
irrogatas persequitur) nomine Carrabas
ex illo conspicuo furiosorum genere, sed
uiore correptus infania. Is interdiu nocte
nudus oberrabat per compita, nec ætatum
frigus deuitans, puerorum & adolescentium
ludibrium. Hunc miserū propulsū ad g
narium in superiori loco statuunt ut specta
posset ab omnibus, moxq; capiti diademata
posuerunt papyraceum, pro paludamento
corpori stoream induunt, pro sceptro
stium arūdinis humo sublatum quidam et
dit in manum. Sic ornatum regis insignis
in Regem transformatum more histrionum
adolescentes perticas in humeris gestant
pabant pro satellitio; tum alij salutarum
debant; alij sibi reddi iura petebant; alij
lebāt eum de Rep (Ecce tibi nouus post C
stum idemq; primus atq; nouissimus Rex
quā inigniter est illusus ab Ethnicis in
raba, quia Christus sub Pilato regio habet
Inforie personatus est & derisus ab illis
Barrabam sibi dari petentes in Christum
cis supplicium conclamarunt). Post haec
clamatum est à circumstantibus magna
Marim appellantibus, quod nomen
significabat Dominum: norant enim Ag
pam Syrum genere & regnare in bono
tione Syriae. His auditis, imo uisis. Fla
Præfectus Aegypti cum debuisset illum

sanum conijcere in carcerem, ne illusoribus præberet materiam petulantia, atque etiam ipsos, subornatores quod Regem Cæsaris amicum à Senatu Romano honoratum ornamentis prætorijs, ausi sint apertis obliquisque contumelijs læcessere, non solum eos non castigavit, sed ne cohibere quidem dignatus est, licentiam dans malitiosis, & quidquid videbat audiebatque dissimulans. Hæc Philo. Quàm ingens vero luctus hunc ludum secutus sit, & quâtas iniurias Flaccus intulerit Judæis, eos crucifigendo & varijs supplicijs afficiendo pergit idem enarrare, & prosequitur etiam lib. de legat. ad Caium imper. vbi copiose quoque docet quomodo Dei vindicta. Caij Cæsaris furore armata in Iudæos Cæsarem appellantes & Christum negantes anno Christi 41. sit progressa. Non casu est factum vt permitteret Deus tam immanes bestias, Flaccum & Caium, in eos sæuire. Excrandum quippe facinus eorum in Christum innocentissimum & de omnibus optimè meritum perpetratum scriptum (quod ait Prophetam) stylo ferreo, in vngue adamantino, in ipsos clamans meritas exposcebat pœnas. At fuerunt hæc initia dolorum & diuinæ ultionis in eos præludia, quæ an. Christi 40. in Aegypto cœpta in alijs orbis terrarum provincijs vbi Iudæi agerent indies magis magisque aucta, atque eorum magno dolore propagata, neque in ipsa quod

vi. P. Gretseri li. 1. de S. cruce c. 11.

4.

quoq; immani atq; asperrima Hierosolymorum excisione finem acceperunt.

5.
Lib. 16. antiq. c. 12.

Quantopere eos ultio diuina vexarit Chr. 42. docet Iosephus. Lentis velut passio in eos indignatio diuina procedens, & eos sub Romano imperio & qui apud externationes erant, afflixit, quia peccauerant. Christum non solum qui Hierosolymis habitabant Iudæi, sed & cæteri omnes qui ex diversis orbis partibus ad paschale festum illius more confluerant, omnes æquè in eum venientes & cruci affigendum, clamantes & delato illud ipsum clamoribus extorquebant. Cæterum quoniam qui Hierosolymas ad idæam habitabant longe grauius deliquissent, quod tam diu admoniti Christi miraculis, tantam gratiam contempserant, & Apostolorum prædicatione relapsi sunt, in prioribus relinquebatur peccandi supplicium illis ipsis scilicet quæ in eos obuentura Christus ante prædixerat (abominationem deificationis in templo esse videndam, ciuitatem sanctam expugnandam, templumq; excidendum). Vasa enim illa iræ Dei in ipsos effundenda penitus consummanda ad tempus dilatata, non consilio seruabantur, vt interim exciderent, qui per Euangelij prædicationem saluarent, sicut est Psal. 59. dedisti me uentibus in significacionem vt fugiant à facie arcus, & uerberentur dilecti tui.

Gen. 18. testatur Abraham non esse Dei voluntatis vt cum impijs pariter peccarent iusti,

Qui olim Iesum Nazarenum ac proinde
 Floridum nuncupatum & ab Esaia c. ii. floris
 nomine demonstratum recipere contempse-
 rant, spreuerant, occiderant, anno Christi 68.
 Florum omnium scelestissimum, spernētem,
 diripientem, occidentem, & in omnes imma-
 nissime sauientem ferre, honorare, & in om-
 nibus obsequi & quibusuis officijs prosequi
 compelluntur. Quod abiecissent florem na-
 sti sunt florum. At qualis ille, & qualis iste?
 ille venit vt saluaret, hic vt perderet: ille vt
 pacem abundantius impertiret, hic vt pacem
 inuentam profligaret, conflaret bellum ac Iu-
 dæos funditus deuastaret, quiq; inde auspica-
 retur vindictam vnde immane ipsorum deli-
 ctum fuerat consummatum. Aegerant illi
 tandem Christum in crucem, sed per Florum
 in primis eorum nobilissimi patibulis affi-
 guntur. Cum olim (Matth. 21.) principes sa-
 cerdotum & Scribæ ægerrimè accepissent Ie-
 sum, qui Saluator Hierosolymam veniebat,
 faultis puerorum & plebis acclamationibus
 excipi, ex mandato Flori mirandis plane mo-
 dis & artibus persuadere populo compel-
 luntur vt exeant obuiam & saluent milites
 qui eos perdituri venirent. Ioseph. de bel.
 Iud. lib. 2. c. 15.

Anno Christi 69. in ciuitates Capharna-
 um atq; Corozaim deplorata atque à Domi-
 no prædicta mala euenisse putantur. Tunc e-
 nim Vespasianus Galilæam penitus debella-
 uit

6.
 Deus ab ip-
 so nomina
 ne auspica
 tur puni-
 tionem
 Iud.

Antithesis
 Christi &
 Flori præ-
 sidis iu-
 dææ.

Perantis
 quo deli-
 cto iusta
 ultionis
 statera no-
 ua pœna
 pensatur.

7.

uit atq; ita illi qui primum omnium atq; frequentius Christi prædicationem audierunt nec tot tantisque visis miraculis crediderunt ante omnes, diuino iudicio, Romanis vicibus, perfidiæ & impietatis dedere præteritum Ioseph. de bel. Iud. lib. 3. c. 4.

8.

Eodem tempore Hierosolymitanitas, mutuo inter se Iudæis ciuili bello diantibus ingenti clade domesticorum a tur. miserandum tunc plane spectaculum (ait Ioseph. de bel. Iud. li. 2. c. 38.) videtur. tifices sacris paulo ante indumentis amictis & toto orbe celeberrimæ religionis auctores quiq; vndiq; in ciuitatem commearibus nerabiles habebantur, occisos jacere prædam canibus & feris expositos. Sed hæc tione æqua lance pensabatur vindicta. sicut à sacerdotibus Pontificibus cogente concilium de inferenda morte Christi optum est exordiū, ita ab ipsorum trece hinc mis ad Hierosolymitanum excidium est patefacta.

Diuisa viti
dicta lentis
passibus
gradiens
ex æquo
supplicia
compensat
delictis.

9.

Anno Chr. 72. cum Titus Hierosolymitanitas obsideret & ex Iudæis complures quoties perentur (quingenti per singulos dies, cum plures,) eos omnes ante oculos crucibus suffigi iussit, adeoque multiplicatus est eorum numerus vt iam spatium crucum deesset & corporibus cruces. Erant hi in ciuitate fame vrgente, foras egredi coacti crucifixi ex illis ipsi sunt, vel absque dubio

lorum filij qui clamauerant in Christum, crucifige, crucifige; quiq; dixerant, sanguis eius super nos & super filios nostros. Cumq; fames magis magisq; indies inualesceret, eoq; necessitatis ciues compelleret vt foras potius optarent egredi, seq; dedere Romanis crucis supplicium subituri quam intus fame perire. Titus hæc sciens, quo magis eadem via eos perurgeret, omnem exitum ne quis vel ad herbas pascendas egredi posset. occlusit, aggeribus quinque contra urbem exstructis. Sed iisdem à Iudæis dissipatis, Titus murum construxit circum ciuitatem quo omnis penitus interceptus esset exitus. Totum opus (ait Iosephus de bel. Iud. lib. 6. c. 12.) triduo constructum est. cum ergo populum muro septum tanta inuasisset fames vt nec essent herbarum quibus vesci possent, ex stabulo fimum quærebant in cibum, collectoq; stercore vescabantur. Sed ea magis indies inualescente eos nec ab humanis carnibus temperasse Iosephus testatur. Iam enim calceamentis cingulisque ac insuper corijs quibus scuta tegebantur, detractis, insumptis, veterisque fœni laceramentis magno pretio venditis quæ his careret, eo immanitatis redacta est, fame improba compellente, nobilis ac prædiues mulier, Maria nomine, à seditionis iam exuta vitæ substantijs, vt sibi consulere fame rabida impulsam lactentem filium occidit, quem comestura mox coxit, &c. Hæc tempora spectans
Christi

Impletur
quod Do-
minus
Luc. 19. dū
Hierosoly-
morum de-
flecter inte-
ritum, præ-
dixit: cir-
cumdabūt
te vallo &c

lib. 7. de
bel. Iud.
cap. 6.

Christus, cum perduceretur ad Christum
mulieres se lamentantes præ commiseratione
videret, ait: Venient dies in quibus dicitur
Beatae steriles & ventres qui non genuerunt
& vbera quæ non lactauerunt. Dixisse
mus hæc illas & illa Christi verba repetisse
hæc fiunt in viridi quid fiet in arido? Si
er nobilis ac prædiues eo est necessitate
pulsa vt ex carnibus filij victum sibi con-
rare sit coacta, quid erit de cæteris nec
nec nobilitate pollentibus? Captiuorum
num, ait Iosephus qui toto bello capti-
si sunt nonaginta & septem millium com-
pensatus est numerus; mortuorum vero
mne tempus oblidionis vndecies centum
lia.

Lib. 7. de
bell. c. 17.

10.
Esa. 1. Heu
cōsolabor
super hosti-
bus meis &
vindicabor
de inimi-
cis meis.

Ruc. 19. 21.

Hinc etiam magis flagrans Dei ira
dæos ostenditur, quod in eorum ordinem
solum ipsorum templum miserrime de-
sed delubrum Iouis eodem tempore in-
me magna gloria exædificari permissum
rum humanarum vices contrariæ! Dum
dæa templum olim sanctissimum ex-
prorsusq; deiicitur ac solo penitus ad-
Romæ capitolium bello civili nuper con-
matum à Vespasiano sumptuosissime re-
tuitur. Tacitus hist. lib. 4. Capta ciuitas
solum inflammata, sed solo tenus pro-
est, id enim prædixerat Dominus dum
miserabilem vrbis casum prælocutus
dit: Et in terram prosternent te. Et non
proh

quetur in te lapis super lapidem qui non destruatur. Sic igitur hoc anno Iudæi subacti à Romanis nunquam amplius posthac seruire deserunt aut desinent aliquādo vsq; ad mundi finem; nec enim est spes aliqua restituendæ iterum Hierosolymæ, vel templi denuo excitandi, nam vsq; ad consummationem & finem perseuerabit desolatio.

Tanta clade exagitata gens Iudæorum omnibus gentibus est reddita odiosa: sicq; exuta templo, sacrificijs & ciuitate per diuersas orbis partes (vt olim Cain, quod interfecisset fratrem suum vagus factus est & profugus super terram) semper oberrans cunctis nationibus est reddita abominabilis.

Annon etiam perpetuæ Iudæis infamiæ nota iniusta videtur cum eorum corporibus tam grauis fœtor inhæreat? ex eo enim & nomen sunt affecuti vt fœtentes Iudæi dicerentur.

Adhęc noscentes se templo ac ciuitate penitus spoliatos omniumq; esse infelicissimos vt saltem lacrymis quod aliunde non possent solamen aliquod inuenirent, consueuerunt anniuersaria die, persoluto tamen pretio, ea adire loca (cum aliter non liceret) lacrymas fundere, & miserè lamentari. Vnde S. Hieronymus: vsque ad præsentem, inquit, diem perfidi coloni post interfectionem seruorum & ad extremum, filij Dei, excepto planctu, prohibentur ingredi Hierusalem; & vt ruina-

Z

nam,

Puniuntur
ob horrendū
facinus
ante annos
38. iniquis-
sime atque
immani-
mè admis-
sum.

Dan 9.

II.

Sunt in op-
probrium
gentibus,
& in deri-
sum omni-
bus natio-
nibus.

12.

13.

in cap. 1.
Sophon.

nam suæ eis flere liceat ciuitatis pretio res
munt, vt qui quondam emerant sanguine
Christi, emant lacrymas suas. Videas in
quo capta est à Romanis & diruta Hierusa-
venire populum lugubrem, confiteri de-
pitæ mulierculas, & senes pannis anni-
sitos, & in corporibus & in habitu suis
Domini demonstrantes: congregatur
miserorum & patibulo domini coruscante
radiante ἀναστόχου eius, de oliueti mōre quæ
crucis fulgente vexillo plangere ruinas
pli sui populum miserum, & tamen non
miserabilem, &c.

14.

Quomodo cæteros Iudæos qui gladiis
obsidionis euaserant, quocunq; perre-
Dei vindicta secuta miserabiliter perierunt
ac deleuerit vide apud Ioseph. de bel. Iud.
cap. 29.

15.

Sicut deniq; Vespasianus & Titus ob-
latos ac penitus profligatos Iudæos vni-
eorum primaria ciuitate templo atq; pro-
cia, quali pro munere, Deo id agente, sum-
gimen imperij consecuti; ita Traianus, qui
nulla auita nobilitate præclarus, quod sit
dem in eadem expeditione contra Iudæos
egregiam nauasset operam, & perinde
rem gratissimam numini diuino præstitit
totius orbis imperium est adeptus. Ad hoc
ue fuit Iudæorum scelus vt tantis habiti-
digni muneribus qui in eos tam immanc-
uierunt.

Cur Vesp.
Titus, &
Traianus
ad culmen
imperij
sint pro-
uecti.

Caipham summum sacerdotem vitæ per- 16.
tæsum mortem sibi conscisse legimus apud
Clement. constit. lib. 8. c. 1

Annam etiam male perijisse tradit Niceph. 17.
lib. 2. cap. 10.

Pllatus summa desperatione actus sibi ne- 18.
cem intulit. in multas (ait Euseb.) incidens ca- li. 2. hist.
lamitates propria se manu interfecit, vt scri- ca. 2.

bunt Romani historici. Viennæ autem in Gal- Cassiod.
lijs id contigisse cum multi referant, Ado e- in chron.
iusdem ciuitatis Episcopus in chron. in hunc Oros lib.
modum rem scribit: Pilatus qui sententiam 7. c. 5.

damnationis in Christum dixerat, & ipse per-
petuo exilio Viennæ recluditur, tantisq; ibi
irrogante Cajo languoribus coarctatus est, vt Ioseph. li.

sua se trāsverberans manu multorū malorum 18. c. 5.
compendium mortis celeritate quælerit.

*POENAE EORVM QUI PERSE- vi. locum
cutionem in sacerdotes, monachos aliosq; de crudel.
pios Christi ministros excitarunt, & in loco
vel eosdem contempserunt. de hæret.
exem. 19.*

DE Zachariæ (patris Ioannis Baptistæ) ne- 1.
ceillata, ac de vltione interfectores se-
cuta Valentinianus imp. sic ait: Ne in ea quæ
testamenti Christi sunt damna incurratis, id Ep. ad
quod in sanguine Zachariæ eueniebat: nam episcopos
funecti illi, perinde ac pestifer demon qui cæ- Asiæ.
dis illius socius erat, mortis supplicio traditi, Matt. 23.
adueniente cælitus Rege nostro Iesu Christo
disrupti perierunt. Theod. li. 4. hist. c. 7.

Z 2 Hero-